Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

DE ECCLESIA S. IOANNIS BAPTISTAE.

Alexander nr fallor Ptus ita scripsit Bernardo Abbati in Stambs, Ao 1498.

Tuis supplicationibus inclinati, tibi et eidem Successoribus dicti Monasterii Abbatibus, ut per unum, duos aut plures Monachos Monasterii et Ordinis, seu presbyteros seculares idoneos, ad hoc per te et Successores tuos, ac nutum tuum, et successorum tuorum amovibiles, agricolarum, colonorum, familiarum, servitorum utriusq; sexus dicti Monasterii, et personarum apud illud perpetuam mansionem eligentium, animarum curam exercere, ac illarum et aliarum personarum ad Monasterium devotionis seu peregrinationis causa declinantium confessiones audire, earumq; confessionibus diligenter auditis, ipsas et earum quamlibet ab earum peccatis, excessibus, criminibus et delictis, dummodo talia n fuerint, propter quae Sedes Apolica esset merito consulenda, quotiens opus fuerit, absolvere, omniaq; Eclia Sacra ministrare &c. libere et licite valeatis, Diocesani loci, et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita. Quibusvis Apolicis, ac in provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caterisq; contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apolica de speciali gra concedimus et indulgemus.

NB. Transumptum huius privilegii Ao 1506, cum Junioribus Fribg Brixinam profectus, mecum tuli, et ad Examinatoribus legendum exhibui, sciscitatus ab ipsis, num adhuc robur habeat post Concil. Trid. quod in nobis confessarii secularium personarum approbationem Ordinarii requirit &c. Responsum mihi fuit, habere adhuc robur, nos in possessione quieta esse, proindeq; exercere posse. Ego tn eo suaderem tuiorem partem esse eligendam, ut scilicet professi nostri n audiant confessiones secularium nobis n subditorum, nisi approbati legitime. sed Abbas vel pt appudare ut alibi probatum E, valet q privilegium.

Berchtoldus Eps Brixinensis.

Berchtoldus Dei gratia Eps Brix: Venerabilibus et Religiosis in Chto sincere dilectis, D. Joanni Abbati, ac Conventui Mstrii in Stambs nae diocesis salutem in Dno. Vt animarum hominum nae diocesis sexus utriusq; ac Monialium nostrum, et Capellam S. Joanni Baptae, eidem Mstrio annexam, et immediate subiectam devotionis aut peregrinationis cae accedentium, eorumq; devotioni salubrius consulatur; quatenus duos, aut plures Fratres idoneos de dicto Conventu eidem in Confessores deputatis, qui ipsorum confessionibus auditis, ea a peccatis suis, q ipsi confitebuntur, etiam a casibus nobis a iure, specialiter vel generaliter reservatis absolvere valeant, nisi talia fuerint, pp q Sedes Apolica merito esset consulenda, nobis deputandi, ipsisq; Confessoribus ad hoc deputatis absolvendi, paenam salutarem imponendi, aliasq; Sacra Ecclastica, n n obstiterit alius Canonicum impedimentum, libere ministrandi plenam concedimus in Dno facultatem. praesentibus usq; ad nostram revocationem duraturis valituris. Datum in arce nae Brauneg, Ao 1470.

De Capella S. Joannis.

In quodam antiquo memoriali Cistercium misso pro consultatione, inter alia dubia hoc reperi. Nota quod et nos habemus Capellam satis famosam, in honore S. Joannis constructam, et extra portam situatam, et Monasterio annexa. Et haec erat olim filialis spectans ad Ecclesiam Silz nobis incorporatam. et modo ad dictam Capellam confluunt familia nostra, et vicini sexus utriusq; tam intra, quam extra septa constituti. et de consensu Vicariorum nostrorum in Silz duo sd deputant fratres de Conventu pro cura animarum eorundem, et propterea nidi Diocesanos, q n tantum tae Ecclesiarum Monrio incorporatarum, et in diocesi sua situatarum, simul et tae populi in eidem nobis subiecti, sed et pp familiares et vicinos nostros ad Capellam pdictam spectantes, Synodis Episcopalibus interesse pandi simus obnoxii.